Ex cod. bibl. universitatis Ienensis ~~Afbl.~~ n. 32. membr. 4 mai. s. X. (die Briefe sind Rabanus unzudr. Werke über d. Beief. d. Evangelien voraus geschickt
Abgeschrieben von B. Simson.

I.

In nomine dñi nr̄i ihū XP̄I dī eterni hlotharius diuini*) ordinante ꝓuidentia imperator augustus rhabano uenerabili archiepō ortodoxoq̄ magistro salutem; Cum solito quadragesimali more diuinarum lectionum studiis artius niteremur insistere ob internā scilicet aedificationē animi plenius capessendam. Non minus Inheserunt desiderio nr̄o lectiones continuis feriis missarum sollemniis ad recitandū adhibite. Iuxta congruentiā tēporX a sc̄is patribus ex euangelicis diuersarumque historiarū sc̄arū coadunatęq̄ ordinatęque sententiis. quarū expositiones dū in priscorū modernorūque patrum collectariis sūma indagine ꝑcontari libuisset. refectionis nobis tempore recitandas. ut Inter deciduas epulas uiterior homo nr̄ spiritalis alimoniae non fraudaretur Inmarcescibilibus dapib; Nonnullas earum minus reperimus presertim cum memorati sc̄i patres. illarū tantū expositiones ex magnorum inlustriumque uirorum tractatibus collegerint quae diebus dn̄icis uel p̄cipuis tantum festiuitatibus. catholico in unū populo confluente leguntur. pretermissis feriis. ieiuniis. rogationibus tribulationibus hostium. famis Inopiequae penuriis. imbrium inundationibus nimiis. telluris squaloribus. frugum sterilitatibus. sc̄orum crebris festiuitatibus. mortuorū cōmemorationibus. sacris ordinibus. quattuor etiam tēporū ieiuniis. pasche et pentecostes. XII lectionibus et ceterisque sc̄itas ūra diligentius ꝑpendens facile ualet animaduertere. propter ꝓlixitatē operis atque inꝓbitatē laboris. quorum ambrosio liquore funditus nos tunc caruisse doluimus. Siquidem bene nouit ūra paternitas. omnem nos

*) sic.